

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXI. Ravennaten. concordiæ. De utraque concordia antiqua &  
moderna inita inter Civitatem Ravennæ & Ecclesiasticos, quomodo servari  
debeat, & quæ bona comprehendat; Et incidenter An & quando ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

um, cuius jus accrescendi, non ex legis, sed ipsius extranei provisione seu stipulatione quantum penitus inane remaneret.

Hujusmodi autem consuetudines, vel conventiones super alienabilitate, contrà regularem bonorum naturam, strictissimè intelligenda sunt, neque suos terminos præciosos egrediuntur, ac sufficit quod in aliquo etiam modico remaneant operativæ non de facili extendenda. Rosenthal. de fœ. cap. 9. conclus. 58. n. 19. 26. & 31. bene Ciriaco. contro. 23. num. 22. & seq. & contro. 377. n. 3. cum seqq. Et de consimili confutudine inducente facultatem disponendi de feudalibus vel emphyteuticis, ut sit operativa in remotione unius, non autem duplicitis obstaculi Ciriaco. d. contro. 23. & est plenè deductum in dicta Mantuana fœnde sub titulo de fœndis disc. 9. & 10.

Unde expendendo singulas auctoritates de hujusmodi concordia Ravennateni loquentes & superius allegatas, observabam omnes, excepto Marcambruno, loqui de casu simplici, non autem de mixto, in cuius terminis loquitur, Corn. cons. 165, num. 7. cum sequen. & num. 12. cum sequen. volum. 2. ubi in specie decidit pro vocatis alterius linea superius in exclusionem hereditis extranei ultimi delineata defecta, quod etiam probari dicebam auctoritate Laderchii cons. 1. num. 20. cum seqq. & Ruini. cons. 169. num. 12. volum. 1. ubi distingunt, an concessio facta sit uni unam tantum lineam constituenti, cupus prejudicium alienandi facultas concernat, vel facta sit pluribus diversas lineas constitutibus.

Eoque magis premissa vera esse dicebam, quia dictæ concessionaria tamquam forentes non erant comprehensæ sub dicta concordia, expressè loquente de civibus Ravennatenibus, unde cum eorum habilitatio proveniat à sola concessione Abbatis, intelligenda erat in soluta ipsius concedentis prejudicium, ut firmat hujus causa decisio ut supra, & bene Bald. cons. 465. lib. 5. Rosenthal. de fœnd. cap. 2. conclus. 37. num. ult. Rota dec. 750. num. 3. & sequen. par. 3. recen. & post Giovagnon. cons. 44. lib. 2. in quo fundamento satis insistebant ceteri pro hac parte scribentes. Et quamvis ego non omnino tunc reputarem ut supra, satis tamen considerabilen hanc circumstantiam credebam in ordine ad strictiorem dictæ facultatis intelligentiam.

Denum ex hac parte aliud ponderabatur motum, quod concordia non capiat concessiones potest factas, ut firmatur apud Merlin. decis. 86. canonizata in dicta Ravennata domus 14. Junii 1649. & 17. Martii 1651. coram Rotas inter suas dec. 402. & 444. Unde cum ultima concordia sit de anno 1444. capere non poterat istam concessionem sequitam de anno 1525. Verum de hujus fundamenti subsistentia dubitabam, quia hoc motum recte procedere posset, quoties beneficium dictæ concordie non esset expressè reductum in pactum, sed ex ipfam concordia conventione cessante deduci prætenderetur ut disc. seq.

Ex aliis tamen, praesertim ex jam dicta differentia inter casum simplicem, & mixtum, quodque facultas intelligatur durante eadem linea, non autem ea finita in præjudicium alterius ex diverso & quodammodo novo jure venientis, putabam bonum jus Emo assisterem, Verum per tres vices post editam decisionem disputata causa, & premillis vigorose inculcati capi non potuit resolutio, cum licet hæc in regulis juris, sive ob juritarum

Card. de Luca de Empyteni Pars II.

subtilitates recte procedere viderentur, attamen (quod mihi etiam vim faciebat) obstat videbatur ipsa substantia veritatis, seu verisimilis partium voluntatis, quod scilicet ratione libertatis commercii acquirentes voluerint ut hæc bona, circumscribo e jure, quod Ecclesia remanet circa laudem, seu emolumenta pro renovationibus solvenda, remanerent omnino libera, atque quoad disponendi facultatem à ceteris allodialibus non differentia, unde propterea omnes consoluimus concordiam, à Tribunal etiam desideratam, quæ cum conditionibus huic parti satis proficuis effectum habuit, Et de eadem concordia habetur in alia Ravennaten. disc. seq.

## RAVENNATEN.

### CONCORDIAE

P R O

### ARCHIEPISCOPO,

ALIASQUE ECCLESIASTICIS

C U M

### COMMUNITATE

S E V

### CIVITATE RAVENNÆ.

Casus disputatus in Congregatione particulari ubi penderet.

De utraqie concordia antiqua & moderna inita inter Civitatem Ravennæ & Ecclesiasticos, quomodo servari debeat, & quæ bona comprehendat; Et incidenter an & quando Princeps abstinere debeat à gratis & privilegiis præjudicialibus dominis directis circa bona emphyteutica.

S V M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 De petitionibus seu casu controversia.
- 3 Remedia extraordinaria non sunt concedenda suppetunt ordinaria, & de praxi Signatura Gratia.
- 4 Princeps non solet concedere gratias alteri prædictiales, quæ exorbitent à jure.
- 5 Principi est replicandum remisivè.
- 6 De stylo Papæ etiam in gratiosis recipiendi consultationes sapientum.
- 7 Princeps de facili derogat legi non autem pastis & conventionibus prælatorum.
- 8 De iudicio Statutus Urbini quare non capiat ipsam Civitatem Urbini.

E 3

DISC.

## DE EMPHYTEVSI DISC., XXI.

DISC. XXI.

**N**Civitate Ravennæ duæ initæ fuerunt concordia super bonis emphyteuticis, eorumque vel necessaria renovatione, vel dispositione inter clerum & populum, una quæ dicitur antiqua de anno 1193. Altera quæ dicitur nova de anno 1434. quarum utraque infra est in volumine statutorum ejusdem Civitatis. Cum autem secunda generalior prima, & comprehensiva omnium Ecclesiærum, exceptuaret bona Archiepiscopatus in quibus servari deberet concordia antiqua, necnon Rota dictis concordiis, præsertim secundæ, etiæ respectu aliarū Ecclesiærum, duplicum interpretationem dederit, Uxum scilicet, quod comprehendenter bona, quæ tunc jam concessa erant, non autem alia postmodum concessa, ut apud Merlin. dec. 86. n. 9. cum sequen. & apud Rosis dec. 402. num. 7. & 8. & 444. num. 8. cum sequen. Et alteram, quod non procederet, ubi uni vel alteri præscriptum secunda obstante pœta in investitura adjecta, quæ potius servari deberent, ut apud Merlin. ead. dec. 86. num. 12. & sequen. in proximè allegatis decisionibus coram Rosis, in altera Ravennaten. emphyteensis 9. Decembri 1658. coram Albergato edita in alia Ravennaten, de qua disc. præcedens & in altera Ravennaten. s. Maii 1664. coram Verospio.

Hinc proinde Civitas seu populus renovavit apud CLÆMENTEM IX. eandem petitionem factam apud prædecessores Pontifices, à quibus exaudita non fuit pro indulto dirimente hujusmodi controversias, ac declarante omnia bona emphyteutica quarumcunque Ecclesiærum etiam Metropolitanæ, eodem jure, ad instar allodium & liberae dispositionis censenda esse, absque discretiva temporum, in quibus concessiones factæ sint, & non curatis pœtis vel conventionibus contrariis. Atque deputata desuper particulari Congregatione ad consulendum Sanctissimo.

Scribentes hinc inde, nimium se diffundebant super dictis intellectibus per Rotam in præfatis concordiis, præsertim ultima attributis, dum nostri ex auctoritatibus Doctorum, qui in eisdem decisionibus supra allegatis recensentur, probare conabantur tales intellectus esse juridicos & probabiles. Econversò autem scribentes pro Civitate probare conabantur contrarium, multum insistentes in aliquibus prædicta concordia confirmationibus Apostolicis Clementis VII. Pauli III. & aliorum Pontificum.

Subjungentes, quod id non petebatur per viam sententiarum & juridicarum distinctionis per tristes juris, sed potius per viam gratia & indulti, ob illius populi depauperationem, aliaque præjudicia exinde resultantia, adducendo pro exemplis indulatum ab Urbano VIII. concessum pluribus Civitatibus & Diocesisibus Status Urbini, de quo plures habetur actum præsertim in Fanen. seu Senogallien. bonorum. & in Eugubina seu Fanen. ac alia indulta per Alexandrum VII. immediatum prædecessorem concessa pro Civitatibus Perusina, & Tiphernate, vulgo nuncupata Civitate Castelli.

Scribens pro Archiepiscopo aliisque ecclesiasticis dicebam, quod aut per Civitatem recurrentem prætendebatur dictum intellectum seu interpretationes Rota esse improbables ac minus juridicas per terminos justitiae. Et tunc incongruus erat recursus ad Principem, ejusque extraordinariam & gratiosam potestateim, quoniam locus esse non de-

bet viis ac remediis extraordinariis, ubi juridica, & ordinaria suppeditant, & talis est inconcussa praxis Signaturæ Gratia, in cuius Tribunalis de hujusmodi extraordinariis remedis ex supra Principis potestate frequentius agi contingit quoniam ubi potestibus confultum esse potest cum remediis ordinariis, & de iustitia competentibus, describi solet, quod utrantur jure suo, idemque dicebam, quod curarent committi seu reasumi causam in Rota pro obtinendo recessu à dictis decisionibus, unde in hoc nulla erant Principis partes.

Aut verò agnoscentes dictas interpretationes esse justas & juridicas, petitionem restingerant ad viam extraordinariam puræ gratiæ ac privilegii. Et quamvis tunc incongrua sit Advocatio opera, cum totum pendeat arbitrio & voluntate Principis, Nihilominus quia juxta vulgatum axioma deductum ex textu isti digna vox Cod. de legibus, Princeps quamvis legibus solitus, juxta illas tamen vivere solet & debet, suamque voluntatem vel arbitrium regularē, in iis præsertim, quæ sunt alteri præjudicialia, ex alio etiam recepto axiomate deducto ex textu in l. 2. §. quod à Principe ff. ne quid in loco publico cum concord. quod scilicet Princeps non censetur in dubio velle alteri præjudicare, ac tollere justitii, ac irrationabiles gratias concedere cum alterius in justitia, Unde propter ea habemus, quod ubi gratia sunt exorbitantes, per magistratus & officiales, ad quos eas pertinet, est replicandum, ac expectanda secunda & quodquoque tertia iusso, ex iis, quæ particulariter super hac materiæ habentur deducta in Romana seu Salernitana sub titulo de Regalibus dñe. 148. Hinc proinde in dicto Tribunalis signaturæ Gratia super hujusmodi Petitionibus adhibentur Advocati, hiis iudicis in jure probantes, ac perorantes, an gratia concedenda sit necne; Prout in aliis petitionibus, quæ non sunt propriæ vel consuetudinibus dicti Tribunalis, prudenter & laudabiliter solent Summi Pontifices gratiosas petitiones consulendas remittere, vel Sac. Congregationi Concilii, vel alteri Congregationi ordinariae, & quandoque etiam Rotæ, sive particulares Congregationes Cardinalem & Prelatorum in litteratura, vel in negotiorum peritia insignium deputare, ut præsertim quotidianum in praxi habemus in negotiis Consistorialibus, præcipue in erectionibus novarum Cathedralium, quod semper præcedunt consultationes Sac. Congregationis Consistorialis, ut patet ex dictis in Burgen. erectionis sub tit. de praeminentiis cum similibus.

Et hisstantibus dicebam, tam theorice, quam practice, petitionem prædictam reiiciendam esse, stantibus dictis concordiis, quibus standum est, apquesibi impudentes partes, cur melius in conventionibus legem sibi non dixerunt; Princeps enim facile dispensat legibus ac tollit etiam cum tertii præjudicio ea, quæ ex legis beneficio vel di positione competunt, quoniam ita tollere seu denegare solùm dicitur id quod est suum, secus autem ubi agitur de juri competentibus ex conventione, & quæ aliquis ex propria providentia comparavit, quoniam tunc dicitur tollere alienum ad notat. per civilistas in l. assiduis Cod. qui potior in pign. habeantur super illius textus intelligentia, & per Canonistas in cap. ex multiplicitate decimis, bene apud Ottob. decis. 115. nn. 5. & 10. cum sequen. cum concord. per Adden. ad decis. 666. pár. 4. rec. tom. 3. & habetur latius deductum in dicta Romana seu Salernit. sub iis de Regal. dñe. 148.

Pra-

Practicè quoque, nam quatenus pertinet ad præfata inducta ultimo loco concessa per *Alexandrum VII.* dictis Civitatibus Perusinæ & Tiphernati, nulla obstat conventionis partium, sed solum dispositio juris, neque omnino clara, cum vel ex antiqua consuetudine, vel ob rationem meliorationis ac reductionis illorum bonorum alijs stetit ad culturam, prætendebatur etiam de jure id, quod ad lites & controversias tollendas per dicta inducta determinatum fuit, ut respectu præfertim Civitatis Perusinæ patet ex decisione Rotæ præcedenter edita in *Perusina bonorum 9. Maii 1653.* coram Melio.

Magis verò ad rem id practicè probari observabam ab exemplo dicti alterius inducta per *Urbanum VIII.* concessi aliquibus Civitatibus & Diœcesisibus Status Urbini: Cum enim, ut ex ejusdem inducta tenore patet, duplex, & satis congrua ratio ibi concurret, una probabilis traditionis & famæ, quod in ea regione illa bona antiquitus essent privatorum, voluntariè in protectionem Ecclesiæ traditas; Et altera quod cum ageretur de populis ob feudi devolutionem de novo venientibus sub immediato regimine Papæ, congruum erat illos aliquibus gratiis prosequi, que rationes ita militabant in aliis Civitatibus & Diœcesisibus, ac in ipsam Urbintensi, & magis ut potè Metropolitica. Adhuc tamen dicta Civitas sub præfato inducta comprehensa, nō est, non ex alia ratione nisi prædicta, quod ibi inter clericum & populum adeat transactio, de qua in duplice *Urbinate.* hoc eodem tit. disc. 19. & 26. quia Princeps non solet nec debet apponere manus in iis, super quibus partes ex conventione sibi jam providerunt; Adhuc negotium pender ablique resolutione.

RAVENNATEN.  
EMPHYTEUSIS  
P R O  
ARCHIEPISCOPO,  
C U M  
ALBA OSIA.  
*Casus disputatus in Rota, ubi pendet.*

De renovatione emphyteutica per Eccliam concedenda potius proximioribus quam extraneis, an capienda sit cum eisdem conditionibus, quæ ab alio reperiuntur; Et de laudemio pro hujusmodi renovationibus solvendo, quomodo illud regulandum sit. Et quando illius solutio facta per unum liberet alterum.

S V M M A R I V M.

- <sup>1</sup> *F*actæ series.
- <sup>2</sup> **F**Ecclia Metropolitana Ravennatensis non subjet concordiis, sed circa renovationes proceditur cum dispositione juris.
- <sup>3</sup> *Agnatus vel proximior volens extraneo præferre in renovatione, tenetur offerre easdem conditiones.*
- <sup>4</sup> *Sequuta non culposa devolutione per lineam fintam, reficienda sunt melioramenta.*
- <sup>5</sup> *De laudemio solvendo pro renovatione, & an si illud in idem, de quo in fin. C. de jure emphyt. Card. de Luca de Emphytusi Pars II.*

- <sup>6</sup> *Pro renovatione unicum laudemium solvendum est, non duplicatum, & n. 9.*
- <sup>7</sup> *Dominus non prohibetur invenire oblatores facientes melorem ejus conditionem.*
- <sup>8</sup> *Dantur plures species renovationis, & in quibus debeat laudemium necesse.*
- <sup>9</sup> *Declaratur conclusio de qua nu. 6.*

D I S C. XXII.

 Equita devolutione quorumdam bonorum emphyteuticorum Ecclesia Metropolitana per obitum Caroli Monaldini, Archiepiscopus renovationem concessi Benedicto Monaldino patruo magno, qui pro laudemio, seu intratura solvit scut. 600. necnon submisit dominio Ecclesiæ omnia ædificia & melioramenta in eisdem bonis facta per prædecessores emphyteutas, quorum ipse ex testamento erat hæres. Cumque deinde Alba Osia tanquam mater dicti Caroli ultimi defuncti, obtinuisse per binas decisiones per Rotam declarari, sibi potius tanquam proximiori dictam renovationem debitarum esse, juxta conf. Romani, 32. cum sequacibus, ex iis, quæ habentur in Forolivien. disc. 3. ubi hujus causa decisiones quoque enunciantur, eadem Alba obtinuit in eadem Rotam coram eodem Taita, coram quo dictæ decisiones prodierant, subscribi dubium, an Archiepiscopus sibi teneretur tradere investituram, & sub quibus conditionibus, coque his proposito, nulla capta fuit resolutio, quæ pendet.

In secunda vero disputatione, in duabus pro Archiepiscopo scribam, distinguendo duas partes dubii, Unam scilicet super modo concedendi dictam renovationem, cuius substantiam Archiepiscopus non controvertebat, cum sola controversia esset inter partes circa pertinentiam seu prælationem, Et alteram circa solutionem laudemii seu intraturæ.

Quoad primum, cum bona Ecclesiæ Metropolitana non subjeant concordiis, præsertim ultimæ, ut in alia Ravennaten. disc. præced. neque desuper cadant illæ difficultates, quæ habentur in hac renovationis materia in Fanen. seu Senogallien. in Eugubin. seu Fanen. & in Farfen. disc. 5. 6. & 8. acceptam in aliis hoc. ut. sed procedendum sit cum terminis juris communis, Hinc planam credebam resolutionem favore Archiepiscopi, eum scilicet non teneri renovationem facere, nisi cum eisdem legibus & conditionibus, pro quibus alter agnatus renovationem obtinuerat, cum solum proximiori prelato concedatur in concursu cum extraneo vel remotiore absque domini directi præjudicio, & sic cum eisdem legibus & conditionibus ab alio oblati ex deductis per Honded. cons. 51. num. 52. lib. 1. & alios collectos per Fulgin. de emphyt. sit. de renovat. quest. 1. num. 53. & sequen. Cesar. de Griff. decif. 4. num. 7. cum sequen. de reb. Eccles. non alien. cum aliis, de quibus in Theatina renovatione hoc tit. disc. 12. Et in individuo constitutis renovationis facienda per hanc eandem Ecclesiam pleia in alia Ravennaten. coram Dunozetto inter suas decif. 453. repetita decif. 201. num. 32. cum sequen. par. 7. rec. nisi aliqua justa causa concurrat, quæ dictæ regule limitationem suadeat juxta casum, de quo in dicta Theatina.

Et ideo cum alter innovatus, ultra solutionem laudemii submississet directo dominio Ecclesiæ omnia ædificia & melioramenta, quæ non dubitatur in

E 3 casu